Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9008
Copyright: Melk, Benediktinerstift



88.

De mensibus hebreorũ et aegyptiorum.

XI. Menses dicti a mensura quaquisq; eorũ mensuratur. Sed melius a luna quae greco sermone mene uocatur. Nam & apud eos menses uocantur menes. Sed & apud hebreos hieronimo teste luna quam iare nominant mensibus nomen dedit. Unde & ihs filius sirach qui utiq; hebraice scripsit de luna loquens ait. Mensis secundum nomen ē eius. Antiqui enim menses suos non a solis sed a lunae cursu cõputare solebant. Unde quoties in scriptura sacra siue in lege seu ante legem quota die mensis quid factum dictum ue sit. indicatur. Non aliud quam lunae a & as significatur. a qua semper hebrei quibus credita sunt eloquia dī antiquo patrum more menses obseruare non cessant.

Primum mensem nouorum qui paschae cerimoniis sacratus ē Nisan appellantes. qui propter multi uagum lunae discursum. Nunc in martium mensem nc incidit in aprilem. Nunc aliquo dies maii mensis occupat. Sed rectius aprili deputatur. quia sep in ipso uel incipit uel desinit. uel totus includitur. Ea dum taxat regula cuius & supra meminimus obseruata. ut quae xv post aequinoctium luna extiterit. primum sequentis anni mensem faciat. Quae uero ante. Nouissimum pcedentis. Sicq; p ordinem secundum eorum mensis iarus maio Tertius siuan iunio. Quartus thamul iulio. Quintus tamni augusto. Sextus elul septembrio. Septimus theseri octobrio. quem propter collectionem frugum & caeleberrimas in ipso festiuitates nouum annum appellant. Octauus mares uan nouembrio. Nonus casleu decembrio. Decimus teb & ianuario. Undecimus sabat februario. Xii adar martio simili ratione comparatur. Quos uideli c & menses propter lunae circulũ qui xxviiii semis diebus constat. tricenis unde tricenisq; diebus alternantes. secundo demum uel tertio anno exacto mensem superfluum qui ex annuis xi epac